

V c  
5374



11 CA

h.



h. s. 19.

Vc  
5374

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(1798)



*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



*[Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including names and dates.]*



D. O. M. A.

CORONA Anagrammatica,  
E FLORIBUS NOMINI INDELEBILI INSCRIPTIS,  
POTENTISSIMI ET SERENISSIMI PRINCIPIS,  
AC DOMINI, DOMINI,

JOHANNIS GEORGII IV.

DEI GRATIA, ELECTORIS SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ,  
ET MONTIUM, ANGRÆ, ET WESTPHALIÆ, LANDGRAVII THURINGIÆ, MAR-  
CHIONIS MISNIÆ, & utriusque LUSATIÆ, COMITIS PRINCIPALI DIGNITATE HENNEBER-  
GENSIS, RAVENSBURGI, & BARBY, DYNASTÆ in RAVENSTEIN, &c. PII, PACIFICI, MAGNANIMI, FELICIS, PATRIS PA-  
TRIÆ, LIBERTATIS ASSERTORIS, ECCLESIAE PROPUGNATORIS, & DEFENSORIS, &c.

CONTEXTA,  
ET IN FANO ÆTERNITATIS,  
AD MAJOREM DEI GLORIAM,  
ELECTORIS PERENNATURAM ADOREAM,

devotissimâ mente, suspensa  
Atque reduci e Castris, humillimô animô

dicata,  
Die 3. Octob. Anno  
AVGVSTO ELECTORI à Deo Vero, oMnia  
favista, plè VoVens, & eXorans!

**P**POTENTISSIME, & CLEMENTISSIME ELECTOR, avet in TUÆ CELSISSIMÆ SERENITATIS  
clientelam, conferre, hoc quicquid est Anagrammatici operis, è floribus NOMINIS INDELEBILIS TUI contextum, ut sub TUO AUGUSTO AUSPICIO,  
prodeat in vulgus. Tibi enim CLEMENTISSIME & POTENTISSIME DOMINE, id omne debetur, quod ad promovendam NOMINIS TUI gloriam, à quo-  
quam nostrum, proficisci potest unquam, quandoquidem in TUA SERENISSIMA CLEMENTIA, sub cælo, subjectorum & subditorum spes omnis, & vita-  
nostra, est posita. Neque hic commemorandi locus est, quanta effulget, ingenii TUI AUGUSTI MAJESTAS, quam blanda, & ineffabilis  
efficaciæ benignitas, quam perspicax bonæ mentis acies, quam cælestis vigor, quam limitatum & efficax, in rebus bellicis gerendis judicium, quod nullæ artes de-  
scribere, colores nulli delineare, poterunt. Quos Divinæ Majestatis radios, submissò potius, venerari licet silentiò, quàm parcè, & jejuniè, attingere. Patere tantum-  
POTENTISSIME, & SERENISSIME ELECTOR, ut hæc Corona Anagrammatica, è floribus NOMINIS TUI INDELEBILIBUS contexta, & TUÆ CELSITUDINI  
dedicata, in frontispiciò exhibeat TUÆ CLEMENTIÆ gratiam, & gloriam, qui quæ offeruntur, non ex immensarum paginarum mole, sed submissò, devotissimòque  
offerentis animò, æstimare soles. VIVE, & FLORE indefinenter, immarcescibilis ROSA, NERVA & THEODOSIO clementior, ARISTIDE justior, PHILIPPO &  
EPAMINONDA perspicacior, Magno CAROLO & VESPASIANO & ANTONINO literatior. Demat (ut liceat antiquorum formulâ uti) de nostris annis, Supremus  
ARBITER & CUSTOS, quantum ad ætatem TUÆ SERENITATIS augendam accedere videtur, votisque nostris & precibus, illam vim largiri dignetur, quæ com-  
munitium sanctitati esse solet. Denique POTENTISSIME, & CLEMENTISSIME ELECTOR, cum nos offeramus submissè TUÆ SERENITATI, affectum qui libero-  
rum est, TU in nos, effundere digneris affectum, qui PARENTIS est.

JOHANNES  
HOSIANNA, (e, in a, mutato.)

Hosianna, BENEDICTVS qVI Venit In NoMINE JEHOVA, plè eXVLtans!

**D**UM TU, Magne DUCUM, properas ad bellica castra,  
Imperii ut jungas, viribus ipse Tuas:  
Hostibus opponas junctim, Tua pectora Gallis,  
Pro LEGE, & PATRIA, CÆSARE, tela vibres.  
Fletibus Aula sonat, cordis non defuit imber,  
Et gemitustristes, angulus omnis alit.  
Deflent Magnanimum Proceres, populusque, Senatus,  
Vir, pariter mulier, virgo, puella, puer.  
Et simul atque Tibi, custodes corde precantur,  
Aligeros cæli, tutus ut esse queas.  
Mox velut ad Rhenum, vibrantia tela reponis,  
Intrepidò vultu classica flare jubes:  
Conticuere doli, cristæ cecidere canenti,  
Quæ sivit latebras, ut latuisse queat.  
Nunc HOSIANNA Sacrum reduci, populusque Senatus,  
Vir, pariter mulier, virgo, puella, canit,  
Occurrunt cives mixtim, juvenesque, senesque,  
Atque HOSIANNA pium, personat omnis ovans.  
Tu BENEDICTE veni, venias semper BENEDICTUS,  
Sospes & incolumis, sis maneatque diu.  
Tu PATER es noster, crescat Concordia PATRIS,  
Nexu perpetuò, Corda ligavit amor.  
Gratia larga fluat, gratò se lumine spectet,  
Subditus & Dominus, TU PATER esto piis:  
Felix! Omnium felix! qui PATRIS nomine gaudet,  
Prospicit & liberis, quæ placuere DEO.  
Applaudes PRINCEPS? Tibi nos HOSIANNA canemus,  
Sis BENEDICTE foris, sis BENEDICTE DOMI.

GEORGIUS  
GREGI SUO.

DVX CLemens, fert eX Voto, pla Jura, gregi sVo!

**P**ER varios casus, per tot discrimina rerum,  
Prospicis, atque SVO FERES pia jura, GREGI,  
Sat Virtus Tua nota foris, sat clara domique,  
Aris, proque focis, mors Tibi grata venit.  
Publica res curz est, simul & Ecclesia Sancta,  
Isthæc imperiò floret, & illa Tuò.  
Sancta fides, fideique comes Constantia cordi,  
Felicem quæ TE, nunc super astra vehit.  
Gratia cui populi comes est, cui gratia Divùm,  
Indubiz pacis, quem comitatur amor.

Libertas & honos, & gloria, lausque, triumphus,  
Hostibus à domitis, victima grata fluet.  
Sicque SUO sacrata GREGI, sic cælica jussa,  
Tu conservabis, tempus in omne Tuum.  
Oscula Tu Patriz reduci, Tibi Patria rursus  
Mixta dabit, reditu quæ gratulatur ovans.

JAN-GEORGIUS,  
IN VERO GIGAS.

Constans In Vero, à DEO oMnia Lata, & favista, eX Voto, eXperit Vr!  
Corpore sunt alii procerò, mole GIGANTES,  
Expertes VERI, Justitizque sacra.  
Vana fides hominum, fingunt sibi Numina multa,  
Instar brutorum, vivere quemque finunt.  
Non Tibi mens eadem, PRINCEPS CELSISSIME, dum TE  
Perpetuo cursu concomitatur amor  
VERI, justitizque tenor, pietatis a vitæ  
Fervor, & in factis intemerata Fides.  
Maximus es CATO, exemplis laudabile morum,  
CUNCTANDO Res quem restituisse ferunt.  
IN VERO sic perge GIGAS, vacua omnia VERI  
Puni, fraus pœnas semper iniqua ferat.  
Judicis officium, lex est: finis legis, at ipla  
Justitia est: VERI sit maneatque favor.

JOANNES GEORGIUS,  
ROSA GENIO VIGENS.

Rosa eXoriens, Deo JVante DVLCes SaXonia præbVitoDores!  
Saxonicæ Rutæ fragrantis spargis odores,  
Dum sapiens cingis, Tu caput ipse ROSA.  
Tu ROSA, Tuque VIGENS GENIO, sis noster Apollo,  
Te Duce fac crescat, lausque, salusque DEI.  
Vive, vale, flore, Musis, Patriæque, Deoque,  
Ritè, diu, rectâ, corpore, mente, Fide.  
Nulla tuas violet, fallax fortuna Tiaras,  
Sed semper constans, sis maneatque Solo.

Symbolum.

JEHOVE GLORIAM QVÆRAM, DUM SPIRITUS ERIT.  
JOVE, qui Nomen, Mentem, Corpusque sacraffi,  
Nomine pro JOVÆ, fervida bella geris.  
JOVÆ solius, dum spiritus hos regit artus,  
Tu laudem quæris, Nomen & ipse colis.  
Et Satanæ technis, variisque insultibus instas,  
Fortior abs hoste, ut læta brabea feras!  
per Christophorum Parfichitium, antea Schol. Schemnicensis  
Rector, m, nunc propter Nomen Salvatoris exulem.

WITTENBERGÆ, Typis Martini Schulzii.

Per Illustri arq. Reverendissimâ Dominâ D.  
Henrietta Casparina a Gersdorff, nat.  
liberâ Baronissâ in Tilsen Sc. Dns. erga  
pauperes & afflictos Epulo gratiosissima  
transmittit Aator

FK No 5374

1, 576.

nc



ULB Halle  
004 824 075

3







D. O. M.

JOHANNES  
DEI GRACIA  
ET MONACHUS  
CHIONIS  
GENS

CORONA Anagram  
RIBUS NOMINI IN  
SSIMI ET SER  
AC DOMIN  
NIS

ECTORIS SA  
E, ET WESTPHAL  
que LUSATIÆ, COM  
BY, DYNASTÆ in RAVEN  
ATIS ASSERTORIS, ECCLESIA

ET IN FANO A  
AD MAJOREM  
TORIS PERENNA

devotissimam  
Atque reduci è Castr

Die 3. Oct  
AVgVsto ELEctori  
faVsta, plè Vo

MENTISSIME ELEC

nagrammatici operis, è floribus  
NTISSIME & POTENTISSIME  
n, quandoquidem in TUA SERE  
locus est, quanta effulget, inge  
acies, quam coelestis vigor, qua  
s Divinæ Majestatis radios, submis  
, ut hæc Corona Anagrammatica

**P**ROTE  
clientela  
prodeat  
quam ne  
nostra, est posita.  
efficaciæ benignita  
scribere, colores nu  
POTENTISSIME.

dedicata, in frontispiciò exhibeat TUÆ CLEMENTIÆ gratiam, & gloriam, qui qu  
offerentis animò, æstimare soles. VIVE, & FLORE indefinenter, immarcescibilis  
EPAMINONDA perspicacior, Magno CAROLO & VESPASIANO & ANTONINO  
ARBITER & CUSTOS, quantum ad ætatem TUÆ SERENITATIS augendam a  
munium sanctitati esse solet. Denique POTENTISSIME, & CLEMENTISSIME  
rum est, TU in nos, effundere digneris affectum, qui PARENTIS est.

JOHANNES  
HOSIANNA, (e, in a, mutato.)

